Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 259
Quelle:
Copyright:

ſeri, Fabri, Nauſeae &c. Hiſtoria literaria tam facile a Proteſtantibus ſe vinci patiuntur. Dabo vel ſolum *Dav. Clementem* de *Cochlaeo* in *Biblioth. cur. Hiſt. et Crit.* T. VII. p. 199.

IV. *fol.* 200. reſumuntur eadem manu Sermones, qui ſunt: *Dominica 2. poſt octavam paſcę. Deuota meditatio ſuper Salutationem Angelicam*, ſubſcripta 1538. *in Vigilia Aſſumptionis deiparę Virginis Marię. Sermo in feſto Aſſumptionis Marię.* 1538. Denique *In Feſto dedicationis in Monte S. Guidonis* (Abb. de *Pomposio*, cujus Corpus *Henricus* III. Imp. ex *Italia Spiram* detulit) 1538. Hos quoque ad *Cochlaeum* pertinere ex ratione ſupra adducta non ambigo. Quibus, ſi ex Ejus *Opp. Catalogo cit.* addas: *Scopam in Araneas Ricardi Moryſini Angli, De Edictis et mandatis Imperatorum et Regum pro Catholica Religione*, et *Cenſuram in Diſputationem V. Lutheri contra Antinomos*, non negaveris annum 1538. laborioſe ab ipſo exactum fuiſſe.

XCVIII. VIII. g. 17.

593 Codex membraneus germ. Sec. XI. Folior. 111. 4. luculente ſcriptus, rubricis ornatus, optime ſervatus et olim, ut in calce notatur, *Sancti Trudperti martyris*, id eſt, antiquiſſimi Coenobii O.S.B. in *Brisgoja* continet Commentaria in *Canticum Canticor. Willerami* Abb. *Eberſpergenſis* Paraphraſin *Theotiſcam* in *Canticum* dedimus *Codd.* XLIV. et XLV. Hanc pone ſequitur fuſior iſthaec Explanatio, quae Sponſum *Chriſtum* et Sponſam B. V. *Mariam* interpretatur. Titulum miniatum praefert: *Incipit prologus ad cantica canticorum.* Prologum hunc de Donis divini Spiritus, Vitiisque iisdem oppoſitis tractantem, docentemque, qua ratione praeparandus ſit ad Eum recipiendum animus, integrum hic exhibere viſum eſt, quo conſtet Lectoribus de Autoris Stilo, qui cum a *Willeramiano* pene nihil differat, fortaſſe ſuſpicari liceat, hanc quoque Explanationem ex eodem Fonte promanaſſe. Ita vero ille:

Wir wellen koſen von deme oberoſten liebe der meiſten gnade. der raweklikeſten ſůzi, da iſt der heilige geiſt Wir geiſtlichen menniſken. Spreken mit rehte uon deme geiſte. der ort habere iſt des unſeren namen. der ſi ein hobet unſerre worte. Der heilige geiſt iſt ein lieb. der tieuil zeigit dir och ſin lieb. der tieuil hat mandunge troſt. minne. der heilige geiſt iſt da uůr. der tieuil iſt alſame. De doch der heilige geiſt emphahet unde eitet. brennet unde zerlat. da golt odir da ſilbir. der tieuil inphahet da ſufphaloſe holtz. vñ Swerzet er zem erſten mit ſuggeſtione (ſupra ſcriptum ut et deinceps, *Schunteſunge*) *ſo brinnet er uon delectatione (geluſte) ſo glůt er alſein zandere uon conſenſu (willen) ſo wirt er ein ualwiſke uon ůpe. Der aſke genazzet uon conſuetudine (gewoneheit) ſo wirt der menniſke ein valthore. Der*

hei-